



## Thefis I.

**R**ecetē Demosthenes: μανία γέειν, τοεὶς δυ-  
νάμιν εμποιεῖν τι. Et Theodoretus. ὃ δεῖ γὰ  
κεκρυμένα γίτεῖν. Nam quæ supra nos, ni-  
hil ad nos, quæ ingenium nostrum & ca-  
ptū exsaperat, quid ea scrupulosè rimemur?  
quæ judicij aciem excedunt, superbè secte-  
mur? Frustaneus sane & irritus in his omnis erit noster cona-  
tus, multo minus felix vel prosper successus.

### II.

Eiusmodi τοεὶς Θυσικὰ & απλῶς ἀγνωστα sunt res di-  
vinæ, & omnia sacra quæ Deum personis Trinum, & Essentiā  
unum ponunt, & exhibent. Hæc sunt verè mysteria & arcana,  
hæc sublimia & nobis abscondita Johan. i. v. 8. ¶ Quæ si natu-  
ræ oculis intueri, mentis humanæ acie indagare, & solis Phi-  
losophicis disquisitionibus exhaustire, ac metiri conabimur;  
ad scopulum ibimus, confundemur, & pœnam Dei horren-  
dam incurremus. Nam qui mel multum comedit, non est ei  
bonum, sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.  
Prov. 25. v. 27.

### III.

Nos igitur cum Paulo ex Epist. ad Rom. ii. v. 13. exclamamus: O profunditatem divitiarum, & sapientiae & cogni-  
tionis Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia ejus, & imperve-  
stigabiles viæ ejus, quis cognovit mentem Domini, aut quis  
illi fuit à consilijs. Hoc etiam si Adversarij studiosè observa-  
rent, non sancè appeterent habere cognitum, quod Deus vo-  
luit esse secretum, non mysteria divinam rigorose inquie-  
rent,